

1599

C O D I C E S

1600

Ut in Exemplo Vol. I. P. III. col. 3090. relato. 4) Iconismus cherubicus sexalatus ad Librum Alani de Insulis de sex Alis Cherubim, ni fallor, delineatus, et Virtutum Officiis inscriptus.

DCLXXX.

U. 193 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 106. 4. per duas columnas nitide scriptus, rubro distinctus, et olim datus pro libraria collegij Ducalis a M. Paulo Tropawer de Wienna, quem a. 1429. Facult. Philos. Decanum invenio, continet: I. ut in calce notatur, Summam Viciorum IX. Partium, quarum prima de hijs que valent ad detestacionem vicij in communi, postrema de peccato lingue, intermediae de VII. Peccatis agunt, quae vulgo Capitalia

Mens cognoscendo dotatur amando ferendo.

Est subtile scitum (cicum) clarum corpus paciens nil &c.

II. fol. 101. *Incipit tractatus Magistri Alani de Sex alis cherubyn. Ita: Prima ala est confessio. Confessio duplex est. confessio laudis. Vnde dicitur. confitemini dominino &c. Abest igitur Figura Cherub et ejus expositio, quas videre et legere possis in Editione Vienniana Operum Alani ab Insulis Ord. Cist. Sec. XII. Scriptoris Flandri, Antverpiae. 1654. p. 173. f. Opusculum vero ipsum habetur etiam inter Dubia Bonaventurae, cui a quibusdam olim tributum fuerat, Edit. Lugd. 1668.*

dicuntur. Praemisso Indice chartaceo, qui serius accessit, initium est: *Dicturi igitur de singulis viciis cum oportunitate se offerret, vel quia locus se offert &c. Autor non memoratur; est vero Guil. Peraldus O. P. qui circa an. 1250. vivere desit, et praeter nostram etiam Virtutum Summam dedit, ut pluribus habes T. I. Scriptt. Ord. Praed. p. 131. Utramque jam Vol. I. indicavimus. Praesens Exemplar collatum cum eleganti Edit. Antwerp. 1571. 8. aliquanto imperfectius inventum est. Habet ad calcem Caput aliquod de gaudiis celorum hoc initio: Ultimo celorum gaudia sub epylogo numeremus, non quidem singula generum sed genera singulorum &c. quod quo pertineat, ignoro, non sane luc. Continet 11. Versus:*

T. VII. p. 643. Adi Biblioth. Cist. Viennae p. 12.

III. fol. 103. p. 2. ab eadem manu occurunt: *De Passione Domini cento e Patribus, De Nativitate Domini, de VII. Verbis beate Virginis, de Confessione, et de Cena Domini Homiletica &c.*

DCLXXXI.

Codex membraneus lat. Sec. R. 3160 XV. Folior. 141. 4. probe scriptus, rubricis distinctus, et hac Nota

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1352

1601

ASCETICI.

1602

Nota praesignis: *D. Colomannus Khellner dedit hunc libellulum Monasterio S. Dorothee anno 1518.* varia complectitur, et I. quidem *Prologum in librum de consolacione theologie cum Elencho XV.* Librorum et ipsis Libris. Scripsit istud Opus ad initiationem Boethii F. Johannes de Tambaco, seu Dambach Alsatiae O. P. primus in Studio generali a Carolo IV. Pragae instituto a. 1347. Theologiae Lecto, et demum a. 1372. *Friburgi Brisgoiae*, ut videtur, extensus. Editio princeps Operis s. l. et a. sed *Argentinae*, ut puto, circa 1470. f. curata in calce enuntiat, illud a. 1366. *in die Ambrosij* ab Autore consummatum fuisse. Noli vero credere, integrum haberi in praesenti Codice. Tumultuaria solum Defloratio est, id, quod vel verbulo Librarius innuerre potuisset. Exemplo fit, Defloratorem non ultra L. XV. C. 9. Considerationem s. proceſſisse, stitisseque in Verbis Bedae: *contra omnes antiqui hostis insidias accingi.*

II. fol. 81. p. 2. succedunt *Libri duo Dialogo inter Magistrum et Discipulum concepti de Custodia*, ut solum ad calcem legitur, *Virginitatis.* Incipiunt porro ἀνεπιγραφως: *Semper quidem frater dulcissime ut nosti deleſatus sum cum tua dilectione de ſalubribus materijs confabulari &c.* et Autorem habent Michaelem Ord. *Carthus.* Priorem Gyriacensem in *Styria*, tum Agsbacensem in *Austria* demortuum a. 1401. ut habes

Bibliothecae Ascet. Pezianaee T. II. in quo p. 95. Dialogi nostri comparent, minus recte tamen inter *Magistrum et Virginem*, si feminam intelligas.

III. fol. 118. p. 2. *Incipit in sudoris vultus.* Ita indoctus Librarius. Familiaris fuit Henrico nostro de Hassia Locus ille *Genes.* C. III. v. 19. nam et Tractatum alterum de *Contradicibus* ab illo orsus est, et *Sermone a Bern. Pezio* in Cod. *Agsbacensi* reperto de eo differuit, et in *Commentario suo in Genesin*, eodem teste e Cod. *Mellicensi*, fuse illum exposuit, quod et Codex a nobis hoc *Vol.* indicatus confirmat. Quidni igitur praesens *Dissertatio ex ejus sententiis conflata* sit. Orditur illa: *In sudore vultus tui vesceris pane tuo. In labore graui et affiduo sudores erumpere faciente comedas panem tuum &c.*

IV. fol. 129. sequitur *Cultus Passionis dominicae per VII. Horas canonicas dispositus*, et eadem ratione recoluntur VII. Trifitiae, totidemque Gaudia B. V. Mariae. Praemissa singulis Narratio docet, quam gratus Deo fit hic cultus. Initium est: *Qui ad eternam gloriam beatorum desiderat pervenire &c.* Tractavit idem argumentum supra dictus *Henricus*, sed alia ratione, ut *Vol. I.* retuli, et *II.* repetii.

DCLXXXII.

Codex chartaceus lat. Sec. R. 329¹
XV. Folior. 226. f. per duas co-
lum-